UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XI. Der Abt von Hamersleben bekundet den Verkauf verschiedener Besitzungen seines Klosters an das Kloster Diesdorf, im Jahre 1254.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56044

Visual Library

ſuas nobis litteras pro dilectis filiis, Magiſtro et fratribus hoſpitalis ſancti ſpiritus in Soltwedele verdenſis dyoceſis, ſupplicancium ac eorundem magiſtri et fratrum precibus inclinati, per litteras noſtras ipſis duximus indulgendum, ut generalis tempore interdicti liceat eis in eorum eccleſia clauſis ianuis, interdictis et excommunicatis excluſis, non pulſatis campanis, ſubmiſſa voce divina celebrare officia uel facere celebrari, dummodo cauſam non dederint interdicto vel id non contingat eis ſpecialiter interdici. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictos magiſtrum et fratres non permittes ſuper hiis contra noſtre conceſſionis tenorem ab aliquibus indebite moleſtari, Moleſtatores huiuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellacione poſtpoſita compeſcendo. Datum aſiſii, tercio nonas May, pontificatus noſtri anno decimo.

Aus dem Copiarium des heil. Geiſt-Kloſters zu Salzwedel fol. 5.

XI. Der Abt von Hamersleben bekundet den Verkauf verſchiedener Beſitzungen ſeines Kloſters an das Kloſter Diesdorf, im Jahre 1254.

In nomine ſancte et Indiuidue Trinitatis. Reinoldus, Dei gracia Prepoſitus in Hamersleue . . . . . eiuſdem Eccleſie omnibus in perpetuum. Cum varii Sint rerum eventus et modi circa propoſitiones omnium ſepius Soleant evenire, et ea que geruntur in tempore temporis excurſu ab hominum memoria, que res eſt fragilis multocies evaneſcant, Cautum eſt ut vel teſtium vel priuilegiorum habeant firmamentum. Notum igitur eſſe cupimus tam preſentibus, quam futuris pagine preſentis inſpectoribus, quod Eccleſia noſtra vendidit Eccleſie in Diſtorp Villam, que vocatur minus Berekmere et medietatem Ville Varendorp et duos Manſos Bodenſtede et unum Manſum Annendorp pro Centum Marcis communis argenti eo jure, quo eas uſque ad preſens poſſedimus, Eccleſie ſupradicte omnimodo poſſidendos, Exiſtentibus Officiatis Eccleſie noſtre Domino Johanne, Priore, Bernardo, Hoſpitalario, Alberto, Cellerario, Ludolfo, Cuſtode. Teſtes huius rei ſunt Dominus Ludolfus, Prepoſitus Montis ſancte Marie apud Helmenſtat et de Ottenleue, Dominus Theodericus Bromes, Gunterus, Conradus, Ericus de Hamerſleve, Conradus, Ulricus . . . . . Bertoldus de Oſſendorp, Milites, Teodericus, aduocatus in Varsvelde dictus . . . . quam plures. Vnde ne ex hac emptione et venditione alicui calumpiam . . . . conſcribi fecimus Sigilli noſtri . . . . incarnationis MCCLIIII.

Nach einer Abſchrift in Beckmann's Nachlaſſe.